



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Victricivs Episcopvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## T E R E N T I A N V S

*Duaci.*

*14. Iulij* **T**ERENTIANVS Tuderti in Umbria Episcopus sub Hadriano Imperatore passus est. Eius corpus anno 1615. ad Ecclesiam Societatis IESV Duacensem venit. Vide plura apud Miræum.

## T O R P H I N V S E P I S C O P V S

*Brugis.*

*3. Ian.* **A** pud Brugas obitus Torphini Episciopi in Thosano Episcopali Monasterio, quod Flandricè Doest dicitur, ubi hoc habet Epitaphium et si simplici stylo in eleuato Sarcophago. Hic iacet Dominus Torphinus, ex regno Norvegiæ ciuitatis Hamariæ Episcopus, qui pro iure Ecclesiæ de terra sua exulatus, & in mari naufragatus, huc tandem veniens pauper & attenuatus per triginta septimanas infirmatus hospitans & amore Christi misericorditer sustentatus sancto fine queuit anno Domini 1284. sexto idus Januarij, &c. Vide Molanum.

## V I C T R I C I V S E P I S C O P V S

*7. Aug.* **V**ICTRICIVS adhuc miles sub Iuliano Imperatore pro Christo abiiciens cingulum, à Tribuno multis tormentis afficitur, & capit is damnatur: sed Carnifice qui ad eum cædendum missus fuerat cæcitate percusso, ipse

ipse vinculis solutis liber erasit. Postea Episcopus Rotomagi factus, Morinorum & Neruiorum gentes indomitam verbi prædicatione ad fidem Christi perduxit, & demum Confessor in pace quieuit. Cæterum sancti Victorij egregia facinora describit sanctus Paulinus Nolanus Episcopus epistolâ vigesimâ sextâ ad ipsum scriptâ. Ad hunc ipsum Innocentius Papa decretalem secundam illam insignem scripsit, quam hodie Nouatores imperitè & malignè carpunt.

## VICTOR MARTYR.

*Insulis.*

**A**nno millesimo sexcentesimo decimo quinto cor- 14. Iulij.  
pus eius ad Ecclesiam Societatis Iesu Insulensem  
magna solemnitate deuictum est. Vide ea de re Trium-  
phum sacrum Petri Hallosij eiusdem Societatis Theologi,  
Miræum item in Fastis.

## VINCIANA VIRGO.

*Gandavi.*

**V**INCIANA claris Romæ natalibus orta, vna cum fra- 11. Sept:  
tre suo Landoaldo Archipresbytero, aliisque non-  
nullis ex Italia in Galliam usque Belgicam Christianæ Re-  
ligionis plantandæ caussa circa annum Domini 633. pro-  
fecta est. Nec verò conatum eius piissimum euentus fe-  
fellit. Siquidem dum Amandus ac Landoaldus in Tun-  
grorum ac Flandrorum ad fidem Christi conuersione gna-  
uiter laborarent ipsa interim, quibuscumque modis po-

X tuit